

Synodo; caput Eutyches praesentibus monachis dicere: In qua scriptura habentur due naturae? Deinde vero quis Sanctorum Patrum exposuit Deum Verbum habere duas naturas? Ad haec nobis respondentibus: Et tu ostende nobis, ubi continetur homousion, aut qua scriptura hoc dicit? Respondit idem Eutyches: non continetur in scripturis, in expositione vero Patrum jacet. Ad haec Presbyter Mamas respondit: Non continetur in Scripturis, in expositione vero Patrum jacet eo modo, sicut homousion in sanctis scripturis non diserte exprimitur, sed a SS. PP. exppositum est, ita de duabus naturis Sancti Patres exposuerunt. Dixi ad haec & ego: perfectus est Deus Verbum, an non? Dicit Eutyches: perfectus. Dixi & ego: perfectus & homo incarnatus, an non? Dixit idem: perfectus. Si ergo (inquam) Deus perfectus & homo perfectus, duo perfecta unum perficiunt Filium. Quid igitur nos dicere prohibet ex duabus naturis unum perfici Filium? Et ad haec respondit Eutyches: abst me dicere ex duabus naturis unum Filium Christum, aut de natura loqui seu disputare Dei mei. Impietati Eutychiani dogmatis conjunctam absurditatem S. Leo Papa sic demonstrat in sua illa celebrissima ad Flavianum epistola dicens: Cum ad interlocutionem examini vestri Euryches responderis dicens: Confiteor ex duabus naturis fuisse Dominum nostrum ante adonationem: post adonationem autem unam naturam confiteor. Cum tam impie duarum naturarum ante incarnationem unigenitus Dei Filius fuisse dicatur, quam nefarie, postquam Verbum caro factum est, natura in eo singulariter affirmitur, &c. Quia eadem epistola S. Leo per manifestas Scripturas Eutychem refellit, quid vero docent Ecclesiae sancti Patres, perspicue monstrant in sua testimoniis eorumdem collectione, quam Leo Pontifex ad Leonem Imperatorem transmisit cum sua ad eundem epistola sic exordiente: Promisse me mani, &c.

10. Marcius Augustus, rebus majoris momenti jam pacifice a Concilio constitutis, ad sacrum Concilium accessit, cuius actioni 6. interfuit, & cum eo Pulchra Augusta de omni Ecclesia insigniter merita. Ille vero dignam Imperatorem sapientissimo & Christianissimo habuit orationem.

11. Actione VII. Sacrofanece oecumenice Synodi gravissima composita est dissensio inter Maximum Antiochenum Patriarcham & Juvenalem, cuius loco Scriptor quidam eruditissimus humano memorie Iaspis in suis primis exercitationibus Joannem supponit Jerosolymitanam iudicium vita functum. Ecclesia Jerosolymitana seu urbis Aelia sexto Nicene Synodi canone subiecta fuerat Cesarea Metropoli Provincia Palastina, secundum veterem consuetudinem. Verumtamen Theodosio juniore regnante Juvenalis Aelia Antistes sublimiori spiritu elatus, occasione sumpta Synodi Ephesina, quam Joannes Antiochenus, ut superius suo loco retulimus, atrociter offendebat, quippe qui adversus illam tot turbas excitaverat, ejusque sanctissima decreta, ut heresiarchae Nestorio, & hujus fautoribus corruptissimis aulicis gratificaretur, damnaverat, & spectabiliores sancte Synodi Episcopos suis Ecclesiis expoliatos exiliis & carcerebibus indignissime affecterat, universamque Christi Ecclesiam in ultimum adduxerat discrimen. Cogitavit Juvenalis non solum Cesariensis Metropolitano se subtrahere, sed etiam ipsam Patriarcham Antiocheno jurisdictionem in universam Palastinam antehac pacifice exercenti. Quocirca in Synodo quidem Ephesina productis insignibus praerogativis, quibus Jerosolymitana Ecclesia fuerat ab ipso Christo, atque ab Apostolorum coetu, & singulariter ab Jacobo primo eius Episcopo decorata, nihil tamen inde prater repulsam retulit, ut prodit S. Leo Papa in sua ad Maximum Antiochenum dicens: In Ephesina Synodo, qua impium Nestorium cum dogmate suo perculit, Juvenalis Episcopus ad obtinendum Palastina Provincia principatum creditur se posse sufficere, & insolentes aulus per commentaria scripta firmare. Quod sancta memoria Cyrillus Alexandrinus Episcopus merito perhorrescens scriptis suis, quid predicti cupiditas ausa esset, indicavit, & sollicita prece multum poposcit, (nimurum a Caelstino Pontifice) ut nulla illicitis conatus praberetur assenso. Indicium fane ac specimen Cyrilus exhibuit perfecte caritatis, dum Antiocheno adeo studiose patrocinatus nondum reconciliato, a quo fuerat immanissime impetus. Sed quod a Cyrillo & Synodo nequivit obtinere Juvenalis, a Theodosio Principe impetravit. Iste enim se Joannis Antiocheni dolis delusum, atque aduersus sacram & oecumenicam Synodus fuisse concitatum indigne ferebat, nec remoratus est, divali decreto, sex Provincias, Antiocheno Patriarche ademptas, in Juvenalem trasferre, ejusque Aeliensem sedem nova Patriarche Jerosolymitani dignitate sublimare. Nec vero dubitatum est, eundem hujuscem confirmationem a la-

tuere, vel oratione domum preter sententiam ipsius civitatis Episcopi. Monachos autem, qui sunt in unaquaque regione, & civitate, Episcopa subiectos esse, & quietem amplecti, soli oratione & jejuniis vocare, in quibus ordinati sunt locis fortiter perseverantes; nec Ecclesiasticis nec secularibus negotiis se ingere vel communicare, propria relinquentes monasteria, nisi quandoque a civitate Episcopi eis permisum fuerit. Nullum autem in monasteriis servum recipi ad hoc, ut sit monachus praeter voluntatem Domini sui. Eum autem, qui nostram hanc definitionem transgreditur, definimus esse excommunicatum, ne nomen Dei blasphemetur. Civitatis autem Episcopum oportet, eam, quam par est, monasteriorum curam gerere.

C. qui vere pureque: 16. q. 1. & c. quidam monachorum: 18. queft. 2. Monachos itaque damnat, repudiatur & excommunicantur, concursantes temere per civitates. Cui suffragatur c. 42. Synodi quiniseptem coegeri ab Episcopis iubens eremitas subjectionis iugulo solutos & vagos. Quod idem providetur quoque in c. quanto, de officiis judicis ordinis prætereaque Francio editio Caroli IX. in Comitiis Aurelianensis art. 11. Quantum ad reliqua hujus Chalcedonensis canonis ne ulli monachis Ecclesie vel oratoria injussu Episcoporum existent, quibus etiam habentur esse subditi & morigeri, & ut Episcopi monasteriorum curam gerant. Similes iuris antiqui dispositions habentur cap. nemo Ecclesiam, de consecratis, & c. auctoritate, de privil. in 6. & Justiniani authen. de Ecclesiasticis, titulis: S. si quis autem, & authen. de monach. §. 1. & speciali authen. ut nullus fabricet, & adficet domos oratori præter voluntatem Episcopi, §. 1. Vide pariter inferius annotata ad Concilium Arelatense III. & Concilium Agathense can. 27. & 58. Cellulas, inquit, novas aut congregariuntur monachorum absque notitia Episcopi prohibemus institui. Qui canon iisdem reperitur verbis in Concilio Epauentum can. 10. Observatu dignus est Barnardi Abbatis sanctissimi locus iste ex epist. 42. ad Henricum Senonesianum Episcopum: Ceterus sum ego monachus & monachorum qualisque Abbas, si mei Pontificis excutere quandoque jugum a propriis cervicibus tentavero, quod satane mox tyranidi me subiicit. Idemque suum aperit sensum circa Pontificalia Abbatum insignia: Abbates (ait) aperte indicant, quid cogitent, cum modo tempore a pretio Apostolicis adeptis privilegiis per ipsa sibi vindicant insignia temporalia, utentes & ipsi more Pontificum mira, baculo, annulo, atque sandaliis. Sane si attenditur rerum dignitas, hanc monachis abborret profectus: si ministerium, solis liquet congruere Pontificibus. Profectus esse desiderant, quod videri gefiant, meritoque non quicquid Episcopi esse subiecti, quibus iam se comparant desiderio. Quid si & nonne eis conferre posset privilegiorum auctoritas, quanto putas auro redimerent, ut appalarentur Pontifices? Quo ista, o monachi! Ubi timor mentis? Ubi rubor frontis? Quis unquam probatorum monachorum tale aliquid aut verbo docuit, aut reliquit exemplum? Denique Concilium Tridentinum fess. 23. de refor. cap. 3. ita fancivit: Ne de cetero similia loca erigantur sine Episcopi, in cuius diecesi erigenda sunt, licentia prius obtenta. Loquitur autem de monasteriis & dominibus Regularium utriusque sexus.

Edicere quartus iste canon, ut quilibet Regularis in suis monasteriis & Ecclesiis sint Episcopo subditi & obsequentes, in cuius regione versantur, fatis arguit, non dum felicibus illis facilius invalidissime confusitudines Ecclesiastarum aut Clericorum cujuscunque generis, nulli diecesi adscriptorum, neque multiplicium privilegiorum ac exemptionum, quibus abundantes clerici quomodocunque obtentis in superbiam erigebantur, aduersus factos sanctam Episcoporum potestatem infelicebant, majorique licentia in flagitia profiliebant, impunitate proposita. Scindunt tamen, prudentia & vigilancia postremorum Romanorum Pontificum fuisse tantis abusibus medium adhibitum. Jam enim constitutum est, illos etiam, quorum Ecclesia vel domicilia extra omnem diecesim esse dicuntur, non posse ab aliis dimissoriis litteras, vel Ordines recipere, nisi ab Episcopo, viciario: veteres etiam immunitates & damnosiora privilegia intra limites rationi congruos Apostolice sanctiones, quam multas in nostra Canonica praxis & theorice lib. 1. recensui, reduxerunt.

Perhabet Conciliorum collectiones anno 1025, regnante in Gallia Roberto, Anfanum in territorio Lugdunensi Concilium fuisse coactum, cui Burchardus praedit Lugdunensis Archiepiscopus, in quo Gaulenius Matisconensis Antistes conquisitus de facta sibi ab altero Burchardo Vienna Archiepiscopo injuria, qui sine suo consensu & venia contra Canonum instituta Ordines Ecclesiasticos monachis Cluniacensibus contulerat, intra Matisconensis Episcopatus fines. Tunc vero in medium Cabassutii, Notitia Ecclesiastica.